

Testatore ordinatæ pro æquali portione successerunt Laudomia, & Maria Candida superstites.

Nec opponi potest existentia, & purificatio præfati fideicommissi, tunc in antedictis sententiis, tunc etiam in decisione coram me edita die 24. Januarii labentis anni canonizata. Quia cum Maria Candida ante professionem Religionis amplissimum, & Jurium omnium extinctivam renunciationem emisit favore Joannis Rugerii, hujus virtute perinde ac si mortua esset, è medio se subtrulisse censetur, & aditum ad successionem aperuisse renunciatum, ejusque hæredibus, & successoribus, Cæsar. de Affid. contr. 24. n. 14. & segg. Bottiglier. de success. ab intest. lib. 2. c. 45. n. 22. Torr. de pact. futur. success. cap. 1. n. 43. lib. 2.

Cujus renunciantis efficacia eludi minime potest; eo quia inter res renunciantis enumerantur dumtaxat; Bona renunciantis quomodolibet competentia, quæ in futurum competere possent repetituræ in bonis paternis, matris, avitis, patrui, fratris, & quorumcumque aliorum agnatorum, & cognatorum; quas inter bonorum species comprehendendi non valet fideicommissum ab Antonio de Ghisellis ordinatum, qui nullo prorsus agnationis, seu cognationis vinculo jungebatur Bartholomæo de Vassellis primo hæredi, à quo descendit Maria Candida.

Quoniam recensita verba, & si vera minus apta forent comprehendere dictum fideicommissum, ad illud tamen extendenda visa sunt ex clara mente renunciantis apertis verbis expressa in precibus porrectis Ordinario pro obtinenda facultate stipulandi Instrumentum renunciationis, atque etiam explicata in hujus proemio, ex quorum utroque dubias dispositivæ partes, & contrahentium voluntatem declarati (sunt jura apta) ut de precibus sancitur in l. cum precum 9. Cod. de liberal. caus. & de proemio immunit. Text. in l. final. ff. de hered. instit. & tradit Rot. dec. 587. n. 4. par. 1. rec.

In suppellici enim libello literaliter petita, ac vicissim concessa legitur facultas resistendi quæcumque bona etiam fideicommissaria, quæ potestate cum renuncians usa fuerit insatando preces Instrumentum non debet amplius admitti voluntatis questio juxta regulam text. in l. Lucius 21. §. Impetratores, ff. ad municipali. Dunozet. jun. dec. 841. n. 8.

Proemium vero apertam, & generalem præsertit voluntatem renunciantis, ne dum bona omnia ascendunt, & transversalia inibi expressorum verum etiam aliorum quorumcumque ad eam quomodolibet qualitercumque & quomodocumque de present. & in futurum spectant. & pertinent. quæ effrenata verborum amplitudine sit, ut huic etiam fideicommissi renunciatum censatur, si non nominatim, saltem per verba acquiescentia, & comprehensiva, quæ cum (salva ratione reddi sermonis) nullam pati possint restrictionem etiam ultra expressa porrigantur, Altograd. conf. 66. n. 1. lib. 1. Gratian. discept. 578. n. 27. & segg. clar. mem. Card. de Luca de renunciat. disp. 4. nu. 6. & 10. ubi quod statibus generalibus verbis omnium comprehensivis enumerationes notariorum cautelis adus amplitudinem non restringunt, & discurs. 5. numer. 9. Rot. coram Seraphin. dec. 317. num. 2. & segg. Roa in recent. dec. 714. n. 1. 5. & 6. par. 2. dec. 598. n. 1. & segg. par. 3. dec. 161. num. 7. par. 10. dec. 271. nu. 3. & dec. 401. nu. 11. 12. par. 13. recentior. & plures relatis concordantibus novissimè dictum fuit in Anconitana Primogenitura 18. Junii proximi elapsi, §. Vel cum verba coram R. P. D. meo Renunciata.

Eoque magis similis comprehensio admitenda visa fuit, quia agitur de renunciatione emanata ex causa ingressus in Religionem, quæ ex verisimili mente Renunciantis latius semper est interpretanda, Altograd. conf. 66. nu. 4. lib. 1. de Luca d. disp. 4. nu. 9. de renunc. Rot. dec. 714. num. 2. par. 2. & dec. 141. per tot. par. 5. rec. nulla enim suppetit congrua ratio, cur renunciatum aliarum omnium successionum comprehensiva completi non debeat successiones quoque ex fideicommissio deferendas voluntati earum profectum monasticam paupertatem, cum divitæ omnes undecumque illas provenierint æquè contrariæ sint.

Parum refragante replicatione, quod admissa etiam præsentia comprehensione fideicommissi, nihilominus tamen efficacia omnis renunciationis evanuerit, vel quia ratificata contemplatione fratris eo defuncto juxta naturam personalis renunciationis resoluta remanserit, dato renun-

cianti regressu ad bona, & jura omnia renunciatia, vel saltem quia eadem reintegrata fuerit ad successionem bonorum fideicommissum ex voluntate Testatoris, qui de illis dispositurus præcepit Executoribus testamentariis d. assignare à chi si deve quassoglia parte di fideicommissio.

Quoad primum namque objectum responsum fuit personalitatem omnem adus exclusam esse, non solum quia versatur in renunciatione emissâ ob ingressum in Religionem, quæ semper realis censenda est, ex latissime firmatis in Romana hereditatis de Lanvella 18. Junii præteriti §. Et quidem cum pluribus segg. coram me; sed etiam quia facta legitur renunciatario stipulanti pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscumque sub qua stipulatione, cum comprehendantur hæredes omnes quicumque illi sint etiam extranei præsumi nequit amplius factam fuisse contemplationem certæ personæ, sed realis, & Jurium omnium penitus abdicativa reputanda est, ut relatis concordantibus firmatur in mox citata dec. §. Quamobrem.

Et facili itidem responsum alterum quoque objectum sublatum fuit animadvertendo, quod per Testamentariam dispositionem tunc solum circumducta censetur renunciatum, effectusque omnes, qui illam consequuntur hinc irriti, cum inter utramque adest compatibilitas, ex qua pateat de disponentis voluntate abrogandi renunciationem, ut in simili casu exclusionis statutiæ advertit clar. me. Card. de Luca d. disp. 14. n. 9. de success. ab intest.

Hæc autem incompatibilitas in præfati non adest, quia præceptum assignandi bona fideicommissaria cui deberentur à Testatore injunctum verisimiliter emanavit ex desiderio ejusdem obviandi controversiis, quæ excitari poterant à Francisco de Ghisellis præterente fideicommissum post obitum Joannis Rugerii ad ejus favorem in totum purificatum fuisse, ut declaravit subsequens eventus, introduxit scilicet accerrimæ lites post duas sententias in partibus emanatas ad nostrum Tribunal devolutæ, & coram me disceptatæ dicta die 24. Januarii, referri autem non debet voluntati remittendi renunciationem, ex simili namque remissione oriretur effectus omnino oppositus menti Testantis, qui si postquam per limitatam dispositionem reliquerat Mariæ Candidæ pro omni eo, quod præterendere poterat quintam solummodò partem usufructus eandem reintegrasset ad jura omnia, & successionem fideicommissi, à quo cuncta ferè bona absorberantur, illa, quæ unicam dumtaxat partem consequi debebat universum usufructum absumpsisset, vix ulla, aut minima solum portione remanente Laudomiæ, cui tamen largiùs, ac munificentius providere desideraverat duplo majorem ratam usufructus relinquendo, quod porro absurdum remissam censer non patitur renunciationem, ut ratiocinatur idem Cardine Luca loco mox citato. Et ita utraq; &c.

R. P. D. CACCIA.

Bononiensi Fideicommissi de Ghisellis.

Luna 16. Februarii 1688.

Argumentum reperitur in Decisione 27.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatio dicitur interposita adversus omnes qui sunt in causa licet in appellatione omnes non nominentur.
- 2 Appellatio potest coram Judice ad quem petere condemnationem super articulo à Judice prioris instantiæ prætermisso.
- 3 Appellatio est communis, & suffragatur etiam in non expressis.
- 4 Rotales constitutiones non ardeant ad proponendum quodcumque dubium sed solum ut consulatur Auditor antequam deveniant ad actum expeditionis.
- 5 Sententia contra sententiam prima non revocata est valida

- valida si de prima non fuerit oppositum per viam exceptionis peremptoriae.
- 6 Renunciatio non potest comprehendere fideicommissum in adu renunciantis ignoratum.
- 7 Si tamen fideicommissi expressio in renunciatione adfit, & nullum aliud fideicommissum probetur quam purificandum ipsa prædicta dicitur in renunciatione comprehendens.
- 8 Post emissam renunciationem non potest amplius ad bona renunciata rediri.
- 9 Usufructus renunciatum dicitur stare in patrimonio renunciantis vivente renunciante ut fieri valeat transmissio favore hæredi.
- 10 Sub dispositione bonorum suorum veniunt solum bona propria, non autem aliis debita ex causa fideicommissi.
- 11 Testator mentionem faciens de certis bonis confertur alia sub illa dispositione nullius comprehendere.
- 12 Bona quæ includuntur in particulari dispositione non censentur comprehensa in alia generali subsequenti.
- 13 Sub dispositione facta cum æquatione bonorum favore hæredum non dicitur comprehensa bona quæ ad alios sunt veterura.
- 14 Sub generali relicto non venit usufructus bonorum fideicommissariorum.

DECISIO XXVIII.

FActa cessione liti, & acceptato per publicum Instrumentum à fratribus de Ghisellis Judio Rotali super purificatione præfati Fideicommissi favore Joannis Rugerii Jun aliorumque descendendum ex Olimpia ad formam Sententiæ R. P. D. mei Hervault, & Decisionis coram Me editæ sub die 4. Julii 1687. Altera superhuit questio proferenda circa bona cadentia sub renunciatum Sor. Mariæ Candidæ, & sub usufructu eidem, ac Laudomiæ Matri relicto per Joannem Rugerium Seniore ultimum gravatum, & Renunciatum; in qua DD. inherentes fundamentis adductis in Decisionibus R. P. D. Hervault, & in alia emanata coram Me super hoc puncto sub dicta die quarta Julii anni præteriti, iterum hodie censuerunt, renunciationem ex amplitudine verborum, & expressa declarationem Renunciantis emissâ in precibus, seu licentia Vicarii esse comprehensivam bonorum fideicommissariorum, de quibus agitur, eaque non esse computanda in præstatione usufructus, ut potè ab hoc onere exclusâ, tam ex natura rei, quàm ex voluntate Testatoris, ideoque Sententiam Rotalem, etiam in hoc articulo esse confirmandam.

Contra que non arguitur exceptiones nullitatum, & Injustitiæ hodie repetitæ contra d. Sententiam, & quidem nil facit, quod ea tanquam lata favore Jo. Rugerii non appellantis à Sententiæ de partibus contra Laudomiam sit nulla defectu Jurisdictionis. Quia dum in Judio de partibus egerunt Jo. Rugerius, & Franciscus pro immisione ad bona fideicommissaria, ad quæ uterque se contendebat vocatum, & alteri præferendum; Olimpia, & Sor. Maria Candida retentione dd. bonorum earum vita durante tanquam conservantes agnationem, & de linea prædictâ; Laudomia vero pro pinguiori præstatione usufructus super dd. bonis fideicommissariis, utpotè existentibus in bonis Testatoris, saltem durante vita Monialis renunciantis. Hinc sequitur, quod licet à Sententiâ subsecuta concedente retentionem verò defunctis, & Mariæ Candidæ earum vita durante, illis appellaverint Jo. Rugerius, & Laudomia, sit tamen ex natura negotii etiam inter eos appellatio communis. Tum quia Joannes Rugerius appellavit à sibi denegata immisione in bonis fideicommissis in qua habebat æqualiter adversariam Laudomiam, ac cæteros Colligantes. Unde quavis in appellatione fiat mentio de Sorore Maria Candida, & Francisco, quorum respectu dumtaxat succubuerat; nihilominus intelligitur etiam interposita respectu Laudomiæ æquè adversariæ, & immisionem temporaliter impugnantis argum. rex. in l. scito questum 3. ff. de appellat. glof. in l. prima in fin. verb. adversus quem ibique Bartol. in princ. ff. eod. Fanc. in rubr. de appellat. sub num. 40. Ruginell. de appell. §. 2. cap. 4. nu. 25. Tum quia appellatio Laudomiæ relativa ad Sententiam compre-

hendit etiam Jo. Rugerium in ea nominatum, & sic potest iste coram Judice ad quem petere condemnationem coram a Laudomiam super articulo à Judice prioris instantiæ ætermisso, l. ampliorum 39. Cod. de appellat. Surd. de ff. 143. per tot. ibique Hodiern. in princ. plenè Rota d. ff. 23. de re judic. in nov. Tum denum, quia Jo. Rugerius non poterat in causa appellationis obtinere, nisi exclusâ præteritione Laudomiæ, & è converso. Unde cum usus articulus insuatur aliud, & pariant ad invicem, exceptionem rei judicatæ, dicuntur propterea verari in articulis connexis, & dependentibus, in quibus ex ratione unitatis, & virtute clausularum, quæ solent apponi in commissionibus cum annexis, appellatio efficitur communis, & suffragatur etiam in non expressis, Amat. resolut. 9. numer. 19. Castil. dec. 31. numer. 40. Gregor. dec. 223. numer. 7. & 8. dec. 581. numer. 5. & 6. Priol. dec. 99. num. 2. & segg. addito etiam, quod Jo. Rugerius semper citavit Laudomiam in principio, & prosecutione appellationis, & sic cessat argumentum, quod contra eam noluerit uti, seu adhærere appellationi interpositæ. Prout cessat applicatio DD. in contrarium allegatorum, qui procedunt in tertio, adhærere appellationi, quando negotium & causa defensionis est diversa, & sic extra casum.

Corruit quoque altera nullitas desumpta ex omiffa discussione Juris Laudomiæ in Decisione, quæ præceffit Sententiam. Nam dum Laudomia semper citata non comparuit in propositione causæ, & solum post editam Decisionem impugnavit expeditionem sub eodem præterito non discussi sui Juris, quoniam obstante Rota referripit: Expediatur super utroque, id sufficit pro tollenda nullitate inducâ ab Apostolicis Constitutionibus, quæ non ardeant ad proponendum quodcumque dubium, sed solum ut consulatur DD. antequam deveniant ad actum expeditionis Cavalier. dec. 590. num. 6. Mantzard. dec. 48. num. 5. & in disp. 368. nu. 5. par. 3. recent. Præsertim quia Decisio edita contra Monasterium substituit omnia, fundamenta, quibus nitebatur Soror Maria Candida in simul usufructuaria cum Laudomia, adeoque cum respectu usufructus esset utrique eadem causa defensionis, neque tunc, & in toto causæ progressu quidquam Laudomia propulerit, quod sibi esset speciale ultra Jus Monialis, utique dignoscitur Jus suum satis discutitur in dicta Decisione sub persona Consortis, atque factò superfluum fuisse novam disputationem, ad quam DD. non ardeant, Rot. d. dec. 308. num. 5. par. 3. rec.

Demum non potest de nullitate redargui prædicta Sententia, eo quia non revocavit præcedentem latam favore Laudomiæ contra Monasterium; qui ultra responsiones datas in præterita Decisione, quod scilicet non fuerit opus revocare Sententiam, quæ non afflictebat Jo. Rugerium in ea non citatum: quodque non esset necessaria revocatio Sententiæ, de qua in actis non fuerat oppositum per viam exceptionis peremptoriae. Aretin. conf. 73. num. 40. & segg. Mascard. de probat. conclus. 1325. num. 4. vers. ex alio. Cancr. par. 3. cap. 27. ex nu. 1. ad 25. Rota dec. 66. nu. 9. post. Contr. Hodie additum fuit, 6 quod dicta prima Sententia fuit lata ad præjudicium solius Monasterii super modo dividendi usufructum, non autem Jo. Rugerii super incompetetia immisionis ab eo petitæ ex capite fideicommissi. Unde inter primam, & secundam nulla adest incompatibilitas, & repugnantia. Quinimò ipsa prima Sententia est favorabilis Jo. Rugerio; dum in Decisione, ad ejus normam prodit, firmatur realitas renunciantis, comprehensio bonorum fideicommissi, & defectus reintegrationis, qui sunt articuli, quibus nititur Joannes Rugerius pro obtinenda immisione contra Monasterium, ut patet ex omnibus decisionibus ad ejus favorem editis super hoc puncto, & sic deficit præsuppositum, quod prima Sententia, uti de directo contraria esset revocanda pro validitate secundæ.

Justitia verò, quæ resultat ex omnibus præcedentibus Decisionibus hujus causæ, male impugnatur ex parte Monasterii sub prætextu, quod renunciatum Sororis Mariæ Candidæ non sit trahenda ad fideicommissum, utpotè per eam in actu renunciantis ignoratum per text. in l. de his ff. de Transact. Bich. dec. 119. num. 2. & segg. & dec. 735. num. 22. par. 18. quia in præfati probatur scientia, dum in precibus porrectis Vicario pro licentia renunciantis, quæ postea inserta in Instrumento, sit expressa mentio

mentio de bonis fideicommissariis, cumque nullum aliud probetur adesse fideicommissum, ad quod aspirare possit Monialis praeferat controversum, utique illud sive purificatum, sive purificandum dicitur ex praecognitione, & voluntate renunciantis in renunciatione comprehensum. Rota in *Ancientiana Primogenitura* 18. Junii 1685. §. *Ultus*, & 13. Jan. 1686. §. *Accidente cor. R. P. D. meo Benincasa*.

Posita igitur comprehensione fideicommissi ex praedictis, aliusque plenius recensitis ex praeteritis Decisionibus, frustra praetenditur, quod Monialis fuisse reintegrata ad praedictum fideicommissum ex dispositione Jo. Rugerii Sen-jubentis Executoribus *se assignare a chi si deve qualifica parte di fideicommissi, se ne fosse*. Nam dum Testator reliquit Moniali usufructum pro omni, & toto eo, quod ex quacunque causa praetendere possit ab ejus hereditate, jam patet, quod juxta voluntatem dispositivam Testatoris ipsa est potius exclusiva, quam reintegrata ad bona fideicommissi, ut ponderat ultima Decisio R. P. D. mei Hervault §. *tantum obstat*, & altera mea super hoc puncto §. *Minus obstat*, nec potest eandem reintegrationem praetendere ut contentam inter illas personas, cui de Jure facienda erat restitutio. Quia post factam realem renunciationem favore Joannis Rugerii, ejusque haereditum, & successorum, non potest amplius de Jure ad bona renunciata redire, Rot. dec. 235. n. 14. p. 19. & alibi passim.

Minus suffragari potest eidem Monasterio ex persona d. Sororis Mariae Candidae, & Laudoniae Collegatariarum in usufructu, quod saltem bona fideicommissaria computanda sint inter bona Testatoris ad effectum transmittendi usufructum in haereditas, & successores renunciantii durante vita Monialis tradita per Altograd. conf. 41. n. 13. lib. 2. Andreol. contr. 6. n. 69. & contr. 310. n. 13. Rota post Torr. de pact. futur. success. dec. 127. n. 7. & segg. Quia omisso uti superfluo examine potestatis latissime impugnae per instantes ex ea ratione, quod bona remanserint in Jo. Rugerio juxta propriam naturam etiam ex mente Renunciantis volente se tollere de medio, ut locum aperiret ceteris in fideicommissio vocati, Dominis visum fuit obiectum removerit ex contraria voluntate Testatoris, qui noluit sub legato usufructus bona fideicommissaria complecti. Id autem colligitur primo ex relicto usufructu in bonis suis, sub qua dispositione veniunt solum bona

propria, non autem aliis debita causa fideicommissi, Peregr. de fideicommiss. art. 6. n. 12. Duran. 83. n. 12. & dec. 119. n. 3. Secundo, quia sub institutione usufructus expressis includit bonam emphyteuticam; unde militat argumentum discretivae quoad bona fideicommissaria, de quibus mentionem non fecit Eminentiss. Cerr. dec. 885. n. 14. Tertio, quia de bonis fideicommissariis fecit particularem dispositionem, injungendo Executoribus, ut ea restituerent cui de Jure; unde non censetur comprehensa in generali institutione, à qua per provisionem pecuniarem dicuntur excepta, Rot. dec. 53. n. 17. par. 13. & dec. 586. n. 8. par. 18. Quarto, quia Testator divisit usufructum per quotas, & iussit, quod inter usufructuarias superstites daretur aequaliter Jus accrescendi, quod cum non sit verificabile in portione fideicommissaria renunciata, in qua per praecedentem Sororis Mariae Candidae expirabat Jus totum usufructus, dicendum est, quod Testator sentit de bonis liberis, in quibus erat possibilis eozqualis successio, & reciprocum Jus accrescendi, Soccin. Sen. conf. 93. num. 23. vixit ex quibus pactis volum. prim. Rot. dec. 515. n. 19. par. 13. Quinto demum, quia post relictum usufructum d. Mulieris reliquit proprietatem filiis natis ex Olympia ibi, *Quanto poi alla nuda proprietà, & alla proprietà consolidata nell'usufrutto instituito li figli nati, & da nascere dalla Signora Olimpia*. Cum autem bona fideicommissaria spectarent pleno, & proprio Jure ad Olympiam, & post illam ad ejus filios tanquam vocatos ex propriis personis ad fideicommissum; Quemadmodum certum est Testatorem non disposuisse de proprietate bonorum fideicommissi, ut etiam admittebant scribentes pro Monasterio, & Laudonia, ita per necesse dicendum est, quod usufructus, qui est servitus adiecta proprietati, non possit intelligi relicta in bonis fideicommissariis, de quibus Testator nec disposuit, nec poterat disponere, sed tantum relative ad bona libera, de quorum proprietate Testator poterat libere disponere, & cum usufructu consolidare, argum. text. in lib. Lucius §. *Imperatores ff. ad municip.*

Denique quoad observantiam satis respondent praeteritis Decisiones, ad quas Domini se requirunt. Et ita utraque &c.

R. P. D. CACCIA.

Bononien. Fideicommissi de Ghisellis, super Renunciatione, & Usufructu.

Veneris 4. Julii 1687.

Argumentum reperitur in Decisione 27.

S U M M A R I U M.

- 1 In ea parte in qua deficit appellatio deficit quoque Jurisdictio.
- 2 Appellatio interposita ab uno sit communis, & suffragatur omnibus in sententia nominatis.
- 3 Non potest in sententia determinari quod in Decisionibus resolutum non fuit.
- 4 Rotales Constitutiones non important necessitatem proponendi quodcumque dubium, sed solum consulendi Auditorum antequam deveniatur ad actum expeditionis.
- 5 Non revocata sententia posterior de directo contraria remanet nulla.
- 6 Sententia non afficit non citatum.
- 7 Sententia quae est alteri contraria valida reputatur etsi prima revocata non fuerit quando de prima in actis non fuit oppositum.
- 8 Renunciatio realis tollit de medio Personam renunciantis, & aperit successionem ceteris de Jure venientibus.
- 9 Renunciatio facta cum verbis renunciavit Mundo, & divitis dicitur realis.
- 10 In renunciatione amplius non verbis facta comprehenditur si non expresse saltem tacite fideicommissum.
- 11 In renunciatione facta ex causa ingressus in Religionem lata sit interpretatio.
- 12 In generali dispositione contemplata non censetur persona cui specialiter, & taxative praecedenter providit, & num. 17.
- 13 Renunciatio redditur perpetua incapax redeundi ad bona renunciata.
- 14 Observantia quae desumitur ab actibus ex falsa causa gestis non operatur.
- 15 Testator instituendo seu legando usufructum nunquam censetur legare usufructum bonorum cadentium sub fideicommissio.
- 16 Renunciatio bonorum fideicommissariorum operatur, ut quousque Renuncians vixit dicitur usufructum existere in bonis Renunciantis.

D E C I S I O XXIX.

Alultima sententia de Partibus concedente Monasterio S. Guglielmi durante vita Sororis Mariae Candidae, & post ejus obitum Francisco de Ghisellis Immissionem ad bona subiecta fideicommissio Antonii, de quo agitur in altera hodierna decisione coram Me; Appellatur ad Rotam Laudonia relicta usufructuaria in certis portionibus ad Joann. Rugerium Ghiselli filio, & ultimo gravato, ac alter Joannes Rugerius Junior filius Olympiae aspirans ex persona propria ad dictum fideicommissum, & coram R. P. D. meo Hervault duplex prodit sententia; Altera inter Laudoniam, & Monasterium pravia unica Decisione sub die 3. Decembris 1687., in qua nemine alio citato, dictum fuit usufructum deberi in quotis à Testatore relicto etiam super Bonis fideicommissariis, in quibus Monasterio obstat renunciatum Mariae Candidae; Et altera posterior inter Francicum, Joannem Rugerium, Monasterium & Laudoniam in qua praecedentibus duabus Decisionibus super fideicommissio, & altera super Renunciatione pronunciatum fuit fideicommissum purificatum esse ad favorem dicti Joannis Rugerii, & Laudoniae nullum Jus competere super Bonis fideicommissariis; commissa deinde mihi causa, inquirendum hodie proposui, una cum Dubio super fideicommissio, de quo in alia decisione; An quoad Renun-

Renunciationem, & Usufructum sententiam Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini confirmandam esse dixerunt, quia valida, & iusta.

Validitas resultat ex Actis, & male contra eam opponitur defectus jurisdictionis, eo quia Joannes Rugerius non appellaverit à sententia de Partibus contra Laudoniam, & propterea in ea parte, in qua deficit appellatio deficit quoque Jurisdictio, Scaccia de appellat. qu. 11. nu. 30. & segg. Surd. dec. 175. n. 1. Quia quidquid sit an appellaverit Joannes Rugerius, appellavit tamen Laudonia, Cui dicta sententia erat contraria, & ideo appellatio sit communis, & suffragatur etiam Joanni Rugerio in dicta sententia nominato l. 1. & 2. C. si unus ex pluribus, & cap. una sententia de appellat. Priol. dec. 99. n. 2. & segg.

Prout non urget, quod non habita disputatione particulari super usufructu, nec ullo modo facta mentione de Laudonia, ejusque Juribus in Decisione, cum potuerit abique vicio nullitatis, & contraventione Apostolicarum Constitutionum determinari in sententia, id quod non fuerat disputatum, nec resolutum in decisionibus, ut in Bulla 44. Priv. §. 4. & in reformatione Pauli V. §. Auditor, quia dum Laudonia, semper intimata ante propositionem causae post editam Decisionem comparuerit per Memoriale, & impugnaverit quoad se expeditionem ex eodem capite non obstante mentionis de Jure Juribus in decisione, & hoc non factante Rota recipere *E X P E D I A T U R S U P E R U T R O Q U E* id satis esse videtur pro removenda nullitate, quia Rotaes Constitutiones non important necessitatem proponendi quodcumque Dubium, sed solum consulendi DD. antequam deveniatur ad actum expeditionis, Cavalier. dec. 590. n. 6. Manzanet. dec. 48. n. 5.

Alia demum nullitas desumpta ex prima Rotali sententia favorabili eidem Laudoniae, quae non revocata sententia posterior de directo contraria remanet nulla l. 1. C. quando revoc. non est necesse. Rota dec. 362. num. 10. & 11. par. 4. tom. 2. recent. tollitur ex duplici ratione; primo quia dicta prima sententia non afficit, nec est allegabilis contra Joannem Rugerium in ea non citatum, Bald. in l. final. n. 3. Cod. de leg. Baratt. dec. 1471. nu. 4. Eminentissimus Cerrus dec. 152. nu. 24. & secundo quia de ea non fuit in actis oppositum, quo casu secunda sententia contraria sustinetur etiam prima non revocata, Bichius dec. 290. n. 4. & in rec. dec. 224. n. 6. & segg. par. 17.

Justitia vero respectu Monasterii desumitur ex amplissima Renunciatione Sororis Mariae Candidae facta ex causa ingressus in Monasterium, & stipulata post se hereditibus, & successoribus quibuscumque quae utpote realis tollit de medio personam renunciantis, & aperit successionem ceteris de jure venientibus, ut in Romana hereditatis 23. Martii 1685. §. causa coram R. P. D. meo Rondinino, & in Romana hereditatis de Lanuvio 18. Junii 1685. coram R. P. D. meo Hervault.

Non obstante, quod inter bona renunciata non continentur fideicommissaria, de quibus agitur; Tum quia praedicta Monialis renunciavit mundo, & divitis ejus, ex quibus verbis inducitur realis, & extinctiva jurium omnium dimissio Eminentiss. Cerrus dec. ultima nu. 8. Eminentiss. Otthob. dec. 10. n. 37. & segg. Bichius dec. 586. ex n. 2. & in dicta Romana hereditatis de Lanuvio §. & quidem; Tum quia verba sunt universalis, & essentia, nam continent omnem, & quaecumque ratam, & partem bonorum Paternorum, Maternorum, Avitorum, Patruorum, & aliorum quorumcumque ad eam quomodolibet, qualitercumque, & quomodocumque, de praesenti, & in futurum spectantium, & pertinentium, adeoque in verbis adeo amplius comprehenditur si non expresse saltem per aequipollens controversum fideicommissum, Altograd. conf. 66. per tot. lib. 1. Rota dec. 167. n. 7. par. 10. & dec. 271. n. 3. par. 13. & in Ancientiana Primogenitura 23. Janu. 1686. §. *quoniam enim coram R. P. D. meo Benincasa*; Tum demum quia in licentia renunciantii obtenta à Vicario Bononien. & inserta in Instrumento sit specialis mentio bonorum fideicommissariorum, & consequenter ex dd. precibus magis declarata remanet voluntas renunciantis includendi sub dd. verbis universalibus bona fideicommissaria, de quibus explicitè loquebatur licentia, ut ponderat decisio R. P. D. mei Hervault super Renunciatione die 17. Maii 1686. §. *Elucet*; Adde etiam quod in Renunciatione ex causa ingressus fit semper lata interpretatio, Otthob. dec. 10. n. 26. & segg. Bich. dec. 632. in fin. & in dict. Romana hereditatis de Lanuvio §. final.

Minus obstat, quod per Institutionem d. Sororis Mariae Candidae in certa quota usufructus, & per expressam facultatem praestitam executoribus *de assignare a chi si deve qualifica parte di fideicommissi se ne fosse*, censetur Renunciantarius eam reintegrasse ad bona renunciata, quia institutio in usufructu inferi quidem ad reintegrationem pro ea re, in qua Monialis fuit instituta, sed non trahitur ad fideicommissum, quod regulariter sub usufructu non cadit, quodque ab ipsa institutione Testator exceptit, ut infra probabitur, facultas verò restituendi fideicommissum cui de Jure non potest suffragari Monialis renunciantii; Tum quia Testator eam instituit in usufructu pro omni, & toto eo, quod posset ex quilibet causa praetendere ab ejus hereditate, unde in subsequenti generali dispositione sensisse non dicitur de persona, cui specialiter, & taxative praecedenter providit, Gratian. discept. 522. n. 34. Coccin. dec. 1519. n. 8. & 9. Duno. Jun. dec. 690. n. 15. & ponderat dec. R. P. D. mei Hervault §. *Tantum*, Tum quia restitutio facienda cui de Jure non est verificabilis in praedicta Moniali, cui de Jure fideicommissum non debetur obstante Renunciatione, ex qua perpetuo redditur incapax redeundi ad bona renunciata, Rot. dec. 92. n. 2. & segg. par. 18. & dec. 235. n. 14. p. 19.

Observantia demum, quae pro comprehensione, & reintegratione d. Sororis Mariae Candidae elicitur ex substantiatione litis, possessione, Transactione, aliusque actibus communiter gestis cum Olympia Sorore, & respectivè Matre Joannis Rugerii non urget, quia erronea, & ex falsa causa, adeoque non potuit inducere dispositionem, quae in Testamento non adest, Card. de Luca de fideicommissi. disc. 193. ex n. 4. & 194. n. 1. cum aliis in bodierna dec. super fideicommissi §. *non urgente*.

Respectu verò Laudoniae interat regula quod Testator instituendo, seu legando usufructum bonorum cadentium sub fideicommissio, Peregrin. de fideicommiss. art. 6. §. 9. ad 17. de Marin. resol. 240. n. 31. & segg. ibi. Roderius n. 1. & segg. Card. de Luca de servit. disc. 48. n. 3. Rota dec. 375. par. 1. & dec. 345. n. 10. & segg. par. 10. rec. Praeterea quia specificè includit sub institutione usufructus bona emphyteutica, unde militat argumentum discretivae quoad bona fideicommissaria de quibus mentionem non fecit Cerrus dec. 885. n. 14.

Non obstat quod conclusio non procedat in portione fideicommissaria renunciata per Sororem Mariam Candidam, quae uti acceptata pro se, hereditibus, & successoribus quibuscumque remanet in hereditate renunciantis, saltem quousque vivit praedicta Monialis, & propterea continetur 16. Testatoris, Rota dec. 127. n. 7. post Torr. de pact. futur. success. & firmat decisio edita inter Laudoniam, & Monasterium sub die 3. Decembris 1685. coram R. P. D. meo Hervault, quia obiectum tollitur ponderando, quod de bonis fideicommissariis dum voluit quod ab Executoribus restituerentur *cui de Jure*, adeoque etiam si aliqua eorum pars esset transitoria saltem temporaliter ad haereditas, adhuc per d. particularem provisionem diceretur exclusa, & excepta ab universalis institutione *Item in test. 37. §. finali ff. de her. inst. l. Ser. manumisso l. 15. ff. de pecul. legat. et alii supra §. Minus obstat*. Et ita utraque &c.

R. P. D. BENINCASA.

Ariminen. Bonorum.

Lune 9. Februarii 1688.

A R G U M E N T U M.

Renunciatio facta de Haereditate viventis si hic consensus non praestat est priorius nulla, neque attenditur, ita ut si ille de cuius hereditate agitur reliquit haereditatem renunciantem non teneatur ipse haereditatem Renunciantario restituere. Quoties à principio consensus accedat ajunt multi Doctores in Decisione relati quod si deinde consensus revocetur mediante institutione, nec pariter Renunciantarius Jus aliquod possit praetendere, cum virtualiter censetur in renunciatione inesse conditio quatenus accedat, & duret consensus illius cuius Haereditati renunciatur.

SUMMARIUM.

1. **R**enunciatio facta de hereditate viventis est nulla si vivens consensum non praestet.
2. Et quatenus praestiterit si deinde Renunciantem heredem instituit renunciatum resoluatur.
3. Juxta tamen sententiam aliquorum doctorum licet valida sit institutio altamen heres institutus qui renunciationem expressit tenetur Renunciantem hereditatem restituere.
4. Contrarium tenent alii Doctores.
5. Quatenus deberet admitti prima opinio exigeretur Probatio quod Testator in vita consensum praestiterit renuncianti.
6. Facultas nominandi heredem in arbitrium tertii per Testatorem collata est nulla.
7. Adeo ut babeatur ac si scripta non esset.
8. Heredis institutio aliud est, quod conferatur in arbitrium tertii, aliud vero quod aliquis instituat heres licet pro persona ab eo nominanda, quia primo casu dispositio est nulla, non sic in secundo.
9. Vocatus in casu non emissi renunciations admittitur si expulsi nominatio, collata sit nulla.

DECISIO XXX.

In amplissima renunciatione aliorum Bonorum facta favore Ludovici, Joannis Baptistae, & Hieronymi fratrum renunciantem etiam Junipera maternae successioni, sed actum à Puella nimis facili forsan extortum Mater agere sibi illam non solum universalem heredem instituit, sed eadem in casu, quo à fratribus, sive ipsorum hereditibus super delata hereditate unquam molestaretur substituit illum, quem ipsa fore nominatura, & non facta nominatione vocavit Laurentium ejusdem filium jam natum aliis insuper conditionibus adjectis ad praesentem tamen quaestione minime opportunis.

Secuto obitu Testatrix Alphonsius filius Ludovici unice post alios fratres superstitis praetendens, quod non obstante materna dispositione vigore praedictae renunciations Junipera teneretur obveniam hereditatem sibi retrocedere petiit ad illam associari, & mandatum ab A.C. reportavit, sed ejusdem executione per signaturam suspensa, & causa mihi commissa DD. hodie consuli, an illud esset exequendum, & negativè responderunt.

Quem enim à substantiam renunciations mandati quoque pendat exequutio, locum hac habere non valet, dum illa insubstantis manifestè detegitur, non solum quia emanavit absque consensu Matris, cujus adhuc viventis hereditati renunciatum est juxta Text. in l. final. glof. & communiter DD. de pact. sed fortius, quia filia renuncians ab eadem Matre heres fuit instituta, quod omnem ejus consensum, quatenus etiam praestiterit resolveret, & renunciationem ipsam infringeret, Bero. conf. 3. num. 18. & seqq. lib. 3. Menoch. conf. 806. n. 1. & seq. Surd. conf. 100. nu. 18. & conf. 113. n. 34. Rot. dec. 33. n. 3. p. 6. & dec. 40. n. 3. p. 4. tom. 2. & dec. 166. nu. 14. par. 9. libera namque testandi facultas nequit indirectè per ejusmodi cessiones auferri, Bart. in l. stipulatio n. 4. ff. de verb. oblig. Paris. conf. 90. nu. 10. & seq. lib. 3. Ursell. ad Afflict. dec. 350. n. 4. cum aliis apud Donat. de Marin. lib. 2. cap. 154. n. 3. & seq.

Non obstat, quod controversa renunciatio tanquam stipulata pro fratribus, licet private mater non poterit libertate disponere etiam favore filiae renunciantis, ista tamen semper adstringat ad restituendam hereditatis substantiam renunciantis, quorum iuribus jam quaesitis materna dispositio praedjudicare non valet, nec effectum impedire contractus obligationis, Cyriac. contror. 351. nu. 11. 21. Theaur. Jun. quaest. 45. n. 6. & seqq. lib. 1. Hodiern. ad Surd. dec. 14. nu. 15.

Nam quidquid modo sit de hujusmodi opinione, quam plerique rejiciunt DD. ea moti ratione, quia similes renunciations virtualiter in se continent conditionem quatenus accedat, & daret consensum illius, cujus hereditati renunciatum, quo sublato renunciantis obligatio dissolvitur, Guillielm. de Benef. in cap. Raynautius verb. duas habens filias nu. 288. de Testibus, Gomez. ad leg. Taurin. l. 22. num. 31. Surd. dec. 14. nu. 7. Rot. coram Bich. dec. 119. nu. 12. ita ut nullum exinde quaeratur Jus renunciantis, Suarez in reposit. legis quoniam in prioribus limit. 5. de inoffic. Testam.

Ursell. de Afflict. dec. 350. n. 4. Rot. dec. 166. nu. 13. par. 9. recent.

Adhuc tamen inapplicabilis praesenti Hypothesi visa est non solum quia nullus unquam accessit consensus Matris, quem Domini in contrarium adducti saltem in primordio obligationis communiter supponunt, sed fortius quia expressus illius habetur dissensus, quia ne ullo unquam tempore ad fratres renunciantis hereditas sua devolveretur filiae heredi institutae in casu molestiarum, quas ab eis passura foret, substituit personam ab eo nominandam, ex quo etiam capite penitus renunciatio evanescebat, quae post factam à Junipera sui viri nominationem, & invita Testatrice prodesse fratribus non potest ad regul. Text. in cap. non praestat. de regul. Jur. in 6. quem in eis terminis expendit Surd. conf. 133. n. 24. optimè Merlin. de legitimis expedit Surd. conf. 133. n. 24. de Luc. de Hered. disp. 1. n. 6. & individualiter Rot. dec. 40. n. 3. p. 14. tom. 3. recent.

Neque attendi meretur, quod praemissa facultas nominandi tanquam in arbitrium tertii collata pro nulla, & invalida habenda sit, Peregrin. de fideicommiss. art. 33. n. 52. Fufar. de substit. g. 503. n. 50. 1. Tor. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6. nu. 51. unde hujusmodi conditione rejecta tanquam de jure impossibili totum Jus hereditarium liberè consolidatum remaneat in ipsa renunciatione primò instituta, & per consequens favore fratribus, quibus renunciavit, Ruin. conf. 20. n. 4. Fufar. conf. 43. n. 11. Peregr. conf. 31. num. 4. & 7. de fideicommiss. art. 11. n. 116.

Nam facilis occurrat responsio attento quod non substantia dispositionis ad alterius voluntatem à Testatrice remissa fuit implicita, & nulla facta heredis institutio, sed hac praemissa in ejusdem heredis arbitrio sola nominatio substitui collata fuit longe diversum, cum in praesentem casu pro nullitate nominationis militent auctoritates in contrarium adductae, secus in secundo, ut distinguit Paris. conf. 38. nu. 15. & post sequitur Molin. de Primogen. Hispan. lib. 2. cap. 4. n. 3. Rot. post Torr. de pact. futur. success. dec. 152. n. 8. & dec. 129. n. 3. 386. n. 7. p. 19. rec.

Ultra quod etiam nominations nullitas admittitur, non proinde renunciatarum ad controversam hereditatem associari possent, sed locus esset alteri substitutioni ad favorem Laurentii Juniperæ filii, quem inventum, quo nominatus aliquis non fuerit, Testatrix vocavit, cum paria sint in hoc casu nominatio nulla, & non facta, Gratian. cap. 58. & cap. 79. num. 22. Peris de Emphyteus. tit. de potest. eligend. part. 3. cap. 5. num. 8. & seqq. praecipue ad effectum, ut subintret alterius substitutio, Menoch. conf. 23. num. 13. lib. 3. Valenz. conf. 31. num. 31. Surd. conf. 375. num. 30. optimè Pontanell. dec. 127. per tot. & Rot. in Civit. Castell. Primogenit. 4. Junii 1670. J. Testator autem coram Card. Taya relatus, post Torr. de pact. futur. success. dec. 150.

Et ita etc.

R. P. D. URSINO.

Afulana Primogenitura.

Ven. 28. Januarii 1689.

ARGUMENTUM.

In his tribus quae subsequenter decisionibus magistraliter pertractatur, an & in quibus casibus valeat renunciatio hereditatis viventis in approbationem, & ampliationem Discurs. XVI. De Renunciati.

SUMMARIUM.

1. **A**d executionem mandati procedi debet si illud sit validum, & iustum.
2. Pactum super futura successione nullus est roboris, & momenti.
3. Irrevocabilis pacti ne dum provenit à Jure civili, sed etiam à Jure Canonico.
4. Etiam si ad sit iustum.
5. Et licet initium fuerit ex causa dotis, & adesset aliqua correlative, ac etiam concurrerent stylus, qui non operatur nisi ut sustineatur quatenus in eodem voto.

to contrahentes usque ad extremum vitae Spiritum permanserint.

6. Et ulterius pro d. pacto nec datur actio pro interesse.

DECISIO XXXI.

Devoluta per appellationem interpositam à sententia R.P.D. Spadae Judicis deputati ab A.C. causa ista ad Rotam praevius duabus decisionibus altera scilicet 26. Junii 1686. coram bon. me. Albergato; altera autem 10. Martii 1687. coram R.P.D. Benincasa in illius locum suffecto Rotalis prodiit sententia per quam fuit definitum locum esse Aegidianae, & Annibalem Centinum immitrendum esse in possessionem 60. Locorum montium, quae alias à Cardinale Centino perpetuè Primogeniturae subjecta nunc indebitè detinentur à Comite Faëlice Centino; Ab hac sententia ite appellavit commissarius per signaturam Justitiae mihi causa cum clausula Alteri qui ad legitimam, Ad dictam sententiam eam hodie propositi sub dubio An esset procedendum ad legitimam executionem, & DD. affirmativè responderunt.

Cum enim validitas praenarratarum sententiarum non fuerit controversa, utpotè oriens ex revolutione processus, & iustitia satis abundè approbatur ex decisionibus jam emanatis, in quibus examinata, & approbata fuerint omnia extrema necessaria ad intentatum immisionis remedium, nempe existentia fideicommissi, illiusque purificatio ad favorem Annibalis, nec non bonorum identitas procedi utique debet ad legitimam executionem ipsarum sententiarum juxta alias decisa per Rot. in dec. 162. nu. 2. & 3. coram Merlin. dec. 289. n. 2. p. 10. rec. & alibi passim.

Nec obstat videbatur aliis oppositis defectus potestatis Cardinalis fideicommissitantis, qui dum ante dispositionem testamentariam per contractum solemniter promissit medietatem omnium suorum bonorum praesentium, & futurorum Bonifacio Centino Auctori ipsius Comitit Felicis contemplatione, & ex causa Matrimonii per ipsum Bonifacium contrahendi cum Flavia Mascella, non potuit ex post per ultimam voluntatem, & per viam praerogative aliter disponere de controversis Locis Montium, neque ea fideicommissi, sed primogeniturae vinculis subicere: etenim cum antecessor Cardinalis promissio contineat in se pactum de succedendo non in re aliqua particulari, sive in quota bonorum prout fructuere conabantur scribentes pro Comite, sed in Jure universali fideicommissi, & in quota hereditatis quemadmodum clare praefecerunt verba Instrumenti sibi, Cbe dopo la morte di S. Eminenza sarà d. Sign. Bonifacio herede universale della metà di tutti i suoi beni, & alibi promittit farlo herede universale della metà di tutti li suoi beni indubium est, quod nullus sit roboris, & momenti, utpotè contro bonos mores, & penitus improbatà à Jure in l. fin. Cod. de pact. quod non patitur, ut hereditas pacto deferatur, quando ad hoc est status sollemnis, & legitimus modus per testamentum, ut fusc probat prior hujus causae decisio coram bon. me. Albergato à 5. non impugnabant cum pluribus seqq. & prosequitur secunda coram D. meo Benincasa §. Agnita.

Nec praefata conventionem convallidare, aut subverti potest juramentum Promissoris, per quod stipulationes etiam nulla, & à Jure civili improbatè confirmantur, & roborantur quoties non contineant turpitudinem damnatam à sacris Canonibus; fiquidem adversus pactum successorium non solum insurgunt iura civilia, sed etiam naturalia, & Canonica, & delatam universalem successionem per Contractum destituantur, ut ex cap. 1. & 2. cap. propositi §. licet autem de concess. preben. & cap. de testanda cod. in 6. probat pluribus allegatis concordantibus posterioribus hujus causae decisio in §. neque obstat, & §. seqq. coram R. P. D. meo Benincasa; & propterea juramentum nil operatur ex nota regula, quod illud non debet esse vinculum malitiae, & iniquitatis, ut in terminis hujus pacti successorii magis communiter tener Gabriel de pact. conclus. 1. num. 11. Craff. de success. §. successio ab intestato §. 9. sub n. 7. alique relati per Rotam in d. secunda decisione §. inter varias.

Prout denique nihil refert, quod supranominata promissio Cardinalis fuerit correlative ad dotem à muliere Constitutam ipsius nepoti. Adeoque vel subintereat ut obligatio anecdotalis, & ex causa favorabilis dotis, nec non ex consuetudine totius Italiae, vel in omnem casum

competat actio pro interesse. Quoniam cum leges generaliter, & indistinctè singulas, & quascunque conventiones, seu pacta futurae successiones detestentur, prohibeant, & improbent uti indolentia vocum captandae mortis, & adimentia, seu restringentia liberam facultatem testandi; Contractus omnes etiam occasione matrimonii, & ex causa dotis comprehenduntur sub ista generali prohibitione, & correlative pactorum, sicuti etiam generalis Italiae consuetudo, quatenus etiam probetur, operatur solum ut dicta pacta subineantur, quatenus in eodem voto contrahentes usque ad extremum vitae spiritum permanerint, seu alias illa convalliderint, nunquam autem, ut ab initio sint valida, & irrevocabilia, ut optimè firmat 2. decisio prioris Instantiae §. Quoniam cum duobus §. §. subsequentibus.

Quo posito incompetens dicitur actio pro interesse, quia data revocabilitate promissionis ad nihilum tenentur eam revocantes, & sibi imputent ponit si alias irrevocabilitati actus consilium neglexerint, ut prosequitur d. 2. decisio in §. finali, cum & altera praecedenti in reliquis omnibus DD. transierint unica tantum informante, altera satis monita, & contumace.

R. P. D. URSINO.

Afulana Primogenitura.

Mer. 4. Martii 1689.

Argumentum habetur in decisione superius relata.

SUMMARIUM.

1. **P**actum successione conceptum in personam non in rem valet.
2. Declarata ut non admittatur conclusio si conceptum sit in personam cujus favore fuit stipulatum.
3. Pactum futurae successione in quo non comprehenduntur iura, & actiones subintinetur.
4. Quoties tamen caritas ditionibus universalibus secus à contra.
5. Pactum futurae successione non subintinetur etiam si ad sit juramentum.
6. Etiam si sit correlative ad matrimonium, & ad dotem.
7. Ac etiam si sit de quota hereditatis, ac licet pacifcentia remaneat unde testetur.

DECISIO XXXII.

Procedendum esse ad legitimam executionem sententiarum decernentium ad favorem Annibalis Centini immisionem in possessionem controversorum locorum montium hodie rursus Domini censuerunt persistentes in resolutis sub die 28. Januarii proximi praeteriti.

Valida fiquidem, & omnino subsistens fuit iterum visa ordinatio fideicommissi, seu primogeniturae super dictis locis montium demandata per Cardinalem Centinum in ejus ultimo Testamento, & modò citra controversiam purificata in personam praefati Annibalis, eaque omnino praefata ejusdem anteriori, & jurate promissionem de faciendo post obitum heredem universalem pro medietate omnium suorum bonorum praesentium, & futurorum q. Bonifacium Centinum illius nepotem, & auctorem Comitit Felicis rei conventi, nam cum hac sedulo expensa contineat pactum successorium, quod tanquam indacens votum captandae mortis, & libertatem supremi iudicii restringens est à Jure improbatum; nullam peperit obligationem promissoris, neque eidem potuit auferre liberam facultatem testandi favore primogeniti & substitutorum in Testamento; tamen illa fuerit juramentum vallata, atque prodierit contemplatione certi, & determinati matrimonii correlative ad dotem dicto ejus nepoti promissam, ut fusc probant decisiones hujus causae editae in priori instantia sub die 26. Junii 1686. coram bon. me. Albergato, & 10. Martii 1687. coram R.P.D. meo Benincasa, & prosequitur decisio quae confirmatur coram me,

Nec

Nec subsistit, quod huiusmodi promissio uti concepta sub conditione exitura post obitum promissoris, continere dicatur non pactum futuræ successionis, sed personalem obligationem ab herede exequendam, quæ non cadit sub iuris censurâ, & est undique valida, juxta doctrinam Bartoli in l. final. n. 11. C. de pact. & in cons. 212. n. 1. quod communiter sequuntur DD. & præcipue Curt. Jun. cons. 15. n. 3. vers. vera igitur doctrina, Censal. ad Text. in l. unic. §. 32. C. si quis Imp. impol. dicit. n. 13. fol. mibi 167. Craff. in §. successio ab intestato q. 9. n. 18. & Rota dec. 111. n. 1. 2. cor. Puteo.

Etenim cum verba instrumenti non sint directa in personam paciscentis, ejusque heredis, sed in personam Bonifacii, cui fuit facta promissio, & quidem non jute contractus, sed jute successionis universalis, ibi, *Promitto, che dopo la morte di Sua Eminenza sarà detto Signor Bonifacio herede universale della metà di tutti i suoi beni presenti, & futuri*; important utique explicitam obventionem bonorum respicientem futuram ipsius paciscentis successionem de jure omnino prohibitam, ut optimè nunc casum ab alio distinguendo advertunt Andreol. contr. 240. n. 1. & segg. ubi 2. 7. enumerat DD. hanc opinionem tenentes, Pet. de fidei. q. 4. per tot. & segg. n. 8. vers. primo igitur pag. 20. Cyriac. contr. 88. n. 7. & segg. Gabriel. cons. 127. n. 16. l. 1. Bart. de success. l. 2. tit. 3. n. 3. alique relati per Torr. de pact. futur. success. l. 4. n. 2. & segg. & n. 12. & Rota in dec. 36. n. 13. & 15. coram Cefso, & in dec. hujus Cause coram bo. me. Albergo in §. nec applicabilis & §. §. subsequentibus.

Neque plus valet altera obiectio, quod scilicet hic destinata non fuerit successio universalis, vel quotativa dimidiæ partis hereditatis, sed tantum bonorum dum promissio restricta legitur ad meditationem di tutti i suoi beni presenti, & futuri, nulla habita ratione jurium, & actionum, quæ sub hereditate continentur, non veniunt appellacione bonorum, quibus fit stantibus eadem continere nequaquam dicatur conventio de futura successione quantumvis facta sub qualitate faciendi heredem, cum verbum istud heredis in hoc casu intelligi debeat pro Domino, & pro hereditamento particulari: ex traditis per Bellon. Jun. cons. 22. n. 12. & segg. Cancr. variat. res. l. 3. c. 7. n. 12. & segg. cum aliis apud Urcol. cons. 98. n. 12. & segg. Quoniam Domini inherentes oppositæ distinctioni, de qua in decisione hujus Cause edita sub die 16. Junii 1686. §. nec applicabilis coram bo. me. Albergo advertunt obiectum concludentem quidem procedere, & quoties promissio faciendi aliquem heredem careat dictionibus universalibus, vel si de rebus particularibus, tunc enim cum sub nomine bonorum promissorum jura, & actiones non veniant, nomen heredis accipi non potest, nec debet, nisi pro D. aut hereditamento particulari, in quibus terminis loquuntur auctoritates superius relatæ, & egregie declarat Urcol. d. cons. ult. 98. n. 13. & 16. At secus est quoties, prout in præfenti concurrunt verba universalis geminata nimirum *promitto, che sarà detto Sig. Bonifacio herede universale della metà di tutti i suoi beni presenti, & futuri* hoc enim casu cum dictiones istæ herede universale & di tutti i suoi beni denotent mentem paciscentis fuisse comprehendendi etiam jura, & actiones, universalem quidem quatuor successiones important; quemadmodum bene distinguit Urcol. ubi supra n. 14. & segg. Cyriac. contr. 88. sub dec. 21. Gabriel. d. cons. 127. n. 16. in fine, & n. 17. & Rota dec. 112. n. 5. & per totam post Merlin. de pignori. & dec. 282. sub n. 4. & coram Rosas, & in priori dec. hujus Cause, §. Non obstant cor. bo. me. Albergo Decano.

Confinito itaque ex his quod conventio de qua agitur verè contineat pactum successorium, quod est reprobatum nedum à jure civilis, sed etiam gentium, & à Sacris Canonibus sublineri, aut convalidari illa nequit, nec à juramento, quod non debet esse vinculum iniquitatis, & malitiæ, nec vni habet firmandi contractus communi bono, & legibus adversantes, juxta communem, & veriorum DD. sententiam, quem in his terminis refert, & approbat Torr. de pact. fut. success. l. 1. c. 5. n. 39. & seg. Altogr. Jun. contr. 98. n. 5. Urcol. d. cons. ult. 98. n. 6. Craff. in §. successio ab intest. n. 7. Gabr. d. cons. 127. n. 25. & 26. l. 1. Bart. de success. l. 2. tit. 3. sub n. 1. in fine, alique plene allegati in 2. dec. hujus Cause in §. Neque obstat, in sequenti coram R. P. D. meo Benincasa.

Nec à correlative quam habuit doti stipulatæ occasione matrimonii per Bonifacium Promissoris nepotem contracti; Nam cum favorabilior sit causa liberi arbitrii, quam matrimonii, semperque adversetur ratio deperdi-

tæ, vel restrictæ facultatis testandi, ac inductionis voti capte mortis; talia pacta, licet correlative ad dotem, & matrimonium non subsistunt, ut ultra auctoritates late adductas in secunda decisione coram R. P. D. meo Benincasa in §. quoniam non solum tradit Altograd. contr. 98. n. 52. ubi testatur de veriori, & communiori opinione Cancr. variat. res. l. 3. cap. 7. n. 143. & plurib. segg. Andreol. contr. 240. n. 3. & plurib. segg. cum pluribus aliis per Torr. de pact. fut. success. l. 7. n. 5. & segg. Rota dec. 40. n. 14. & segg. par. 4. tom. 2. rec.

Neque demum ab hac sententia Dominos potuit retrahere animadversio noviter adducta, quod nempe pacta successoria tunc irritentur de jure, quoties prohibent per tale pactum in totum sibi auferat facultatem testandi, utpote quia vel de tota hereditate pacificatur, vel de quota respectu unius, quæ unita cum altera quota respectu alterius importat promissionem universalem, & integræ hereditatis, in quibus tantum terminis procedere dicebatur Theorica, & litteras Textus in l. pactum quod Dotale Cod. de pact. non autem, quando prout in hac facti specie quota partialis fuit promissa remanente altera quota apud Promissorem; hoc enim casu cum de isto residuo possit ipse testari, adempta dici non potest libera testandi facultas, & consequenter effect ratio prohibitionis, & legis; etenim non ex solo fundamento totalis ademptionis, sed etiam restrictionis, & partialis diminutionis liberæ facultatis testandi jura abhorruere à similibus pactis, & ulterius ne induceretur votum captandæ mortis, nevé per pactum daretur hereditas in totum, vel partem contra expressam mentem, & ordinationem legis, quæ cum distinguerit, & constituit certos modos, & formas transferendi bonorum dominia per contractus inter vivos de veris ad modis, & formis confendi in ultimis voluntatibus, non patitur ut unum pro alio nos propria auctoritate usurpemus, neque successionem in totum, vel in quota deferamus pacto, quod plerumque solet funestus casus producere, quæ quidem rationes cum militent tam respectu integræ hereditatis, quam etiam quotæ universi juris, operantur, ut Sanctio Imperatorum quomodocumque, aliterque, ac ex quovis Testamento, seu Testamento Codicillis, legati etiam si necessaria esset quævis expressio, & specialis mentio in omnibus, & super omnia nihil penitus exceptio, eidem donavit insuper pro se suisque heredibus in infinitum etiam titulo donationis irrevocabilis inter vivos omnia, & singula bona Paterna, materna, fraterna, Sororia, ac etiam Patruorum, & Amatarum, quæ vigore fideicommissorum, donationum, & cessionum, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, cujusvis generis, & speciei per qualemque Personam hæc actionis factorum, & quorum conditio eveniret, vel non eveniret quæ in futurum undecumque, & quomodocumque illi competere, vel obvenire possent nihilo penitus excluso; Quamobrem non videbatur amplius ei deberi legatum hujusmodi à reis conventis uti heredibus præfate Testatricis in quos indistincte jura omnia renunciatis obvenierunt, ut ex simili amplitudine, & geminatione verborum renunciacionis comprobatur Staiban. Jun. res. for. c. 56. sub n. 60. cum seg. Rot. apud Gillan. de statu. Perusini dec. 95. n. 3. & dicit. dec. 46. n. 4. & coram Emin. Cerro dec. 550. n. 5.

Neque obstat quod Amata adhuc viveret quando renunciavit Comitissa, & consequenter renunciacioni non valeret cum tamquam facta de hereditate Viventis votum induceret captandæ mortis quod omni jure improbatum juxta Text. in l. fin. Cod. de pact. Rot. dec. 40. n. 2. & sequentib. quest. 4. tom. 2. rec.

Quoniam ultra plurimas quæ huic regulæ afferuntur limitatione quod nimirum vel non procedat quando agitur de particularibus legatis quibus ratio ejusdem text. non applicatur, & notat Peregr. de Fidei. art. 51. n. 38. de Maribus. res. l. 62. n. 6. lib. 2. Andreol. contr. 27. n. 11. Torr. de pact. fut. success. l. 1. cap. 6. n. 8.

Vel quando renunciacione concepta fuit per viam donationis universalis, idem Peregr. de fidei. art. 51. n. 32. Fufar. de sub. Rot. dec. 312. n. 9. & 10. qu. 13. recent. Andreol. contr. 312. n. 6.

His omnibus posthabitis placuit responso quod pacta successoria non absolute à jure improbatum, sed illa dumtaxat, quæ tangunt in specie hereditatem certi, & particularis Hominis viventis; secus verò si in universali respiciant hereditatem, vel successionem Personarum quarumcumque prout contingit in præfenti casu, tunc enim per hujusmodi generalitatem de nullius morte spes concipitur,

R. P. D. BENINCASA.

Romana Donationis super Renunciacione.

Lunæ 30. Januarii 1690.

Argumentum habetur in decisione 31.

SUMMARIUM.

- 1 Legatum post amplissimam renunciacionem amplius non debetur.
- 2 Renunciacione de hereditate viventis non valet.
- 3 Limita quando agitur de particularibus legatis.
- 4 Limita quando renunciacione concepta fuit super viam donationis universalis.
- 5 Renunciacione facta de hereditate viventis est tantum illa prohibita, quæ tangit in specie hereditatem certi, & particularis hominis viventis; secus verò si in universali respiciat hereditatem, vel successionem Personarum quarumcumque.
- 6 Hujusmodi traditio non admitteretur si species certæ hereditatis præcedat, & deinde generalitas subsequatur, n. 7.
- 7 Quoties tamen expressio esset individua, vel adesset generalitas personarum certi gradus.
- 8 Secus quando non individuatur Personæ, & non una, sed multiplex expressio apparet species hereditatum.
- 9 Tunc siquidem species non derogat generalitati, & potius

- 11 Voluntas non trahitur ad incognita.
- 12 Scientia legati, ut illud dicatur comprehensum in renunciacione probatur ex consanguinitate Legatarii cum Testatore.
- 13 Legatum licet incognitum in renunciacione quæ est amplissima includitur.
- 14 Renunciacione Jurium de futuro intelligi debet de futuris Juribus provenientibus ex causa de præterito, aut de præfenti.
- 15 Testamentum censetur factum in die obitus Testatoris.
- 16 Spes insurgens ex Testamento jam facto quantumvis revocabili sufficit, ut legatum non dicatur ex causa omnino de futuro, sed aliquoties de præterito.
- 17 Appellatione fideicommissi venit legatum.
- 18 Clausula nihil penitus exceptio includit jus futurum ex causa etiam de futuro.
- 19 Nulla lesio considerari potest ex renunciacione legati quod poterat revocari.
- 20 Mulier quæ dotata fuit ultra vires hereditariæ & verisimiliter præsumitur quod favore dotantis voluerit quicumque jura in renunciacione comprehendere.

DECISIO XXXIII.

Ab soluto examine alterius dubii circa bona donata quæ prætendebantur ab heredibus fratrum de Varesis, ut in alia decisione coram me edita nova subsecuta est disputatio utrum scilicet ab eis deberetur legatum de quo agitur Comitissa Lavina de Apis, & ex rationibus infra dicendis negativè responsum fuit.

Agnoverunt enim Domini ex publico, & solemnī Instrumento, quod Comitissa Lavina post illud sibi relictum per Liviam Amitam de Varesis amplissimè renunciavit prænominationis fratris correlative ad promissam dotem, omnem, & quancumque hereditatem, & successionem paternam, maternam, Fraternali, Aviam, Patruorum, Amatarum quomodocumque, aliterque, ac ex quovis Testamento, seu Testamento Codicillis, legati etiam si necessaria esset quævis expressio, & specialis mentio in omnibus, & super omnia nihil penitus exceptio, eidem donavit insuper pro se suisque heredibus in infinitum etiam titulo donationis irrevocabilis inter vivos omnia, & singula bona Paterna, materna, fraterna, Sororia, ac etiam Patruorum, & Amatarum, quæ vigore fideicommissorum, donationum, & cessionum, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, cujusvis generis, & speciei per qualemque Personam hæc actionis factorum, & quorum conditio eveniret, vel non eveniret quæ in futurum undecumque, & quomodocumque illi competere, vel obvenire possent nihilo penitus excluso; Quamobrem non videbatur amplius ei deberi legatum hujusmodi à reis conventis uti heredibus præfate Testatricis in quos indistincte jura omnia renunciatis obvenierunt, ut ex simili amplitudine, & geminatione verborum renunciacionis comprobatur Staiban. Jun. res. for. c. 56. sub n. 60. cum seg. Rot. apud Gillan. de statu. Perusini dec. 95. n. 3. & dicit. dec. 46. n. 4. & coram Emin. Cerro dec. 550. n. 5.

Neque obstat quod Amata adhuc viveret quando renunciavit Comitissa, & consequenter renunciacioni non valeret cum tamquam facta de hereditate Viventis votum induceret captandæ mortis quod omni jure improbatum juxta Text. in l. fin. Cod. de pact. Rot. dec. 40. n. 2. & sequentib. quest. 4. tom. 2. rec.

Quoniam ultra plurimas quæ huic regulæ afferuntur limitatione quod nimirum vel non procedat quando agitur de particularibus legatis quibus ratio ejusdem text. non applicatur, & notat Peregr. de Fidei. art. 51. n. 38. de Maribus. res. l. 62. n. 6. lib. 2. Andreol. contr. 27. n. 11. Torr. de pact. fut. success. l. 1. cap. 6. n. 8.

Vel quando renunciacione concepta fuit per viam donationis universalis, idem Peregr. de fidei. art. 51. n. 32. Fufar. de sub. Rot. dec. 312. n. 9. & 10. qu. 13. recent. Andreol. contr. 312. n. 6.

His omnibus posthabitis placuit responso quod pacta successoria non absolute à jure improbatum, sed illa dumtaxat, quæ tangunt in specie hereditatem certi, & particularis Hominis viventis; secus verò si in universali respiciant hereditatem, vel successionem Personarum quarumcumque prout contingit in præfenti casu, tunc enim per hujusmodi generalitatem de nullius morte spes concipitur,

quæ bonis omnibus repugnat, ideoque cessat ratio, sed præsumptio ejusdem Legis, & subintrat dispositio Text. in l. 3. §. de illo ff. pro Soc. ubi valet pactum de ponenda in Societate hereditatem obventuram quasi tunc dicatur agi de hereditate incerti Gominis, Donad. de renunciat. cap. 2. n. 77. Adden. ad Molin. de Prim. lib. 2. cap. 3. sub n. 2. Palcal. de part. pot. q. 3. cap. 7. n. 19. Catell. de dec. q. 2. cap. 6. n. 3. Torr. de pact. fut. success. lib. 2. cap. 26. fere per tot. Rot. cor. Buratt. dec. 136. ex n. 2.

Non subsistente responsione quod cum species præcedat ibi, hereditatem, & successionem paternam, maternam, &c. & deinde generalitas subsequatur ibi, & alterius cujuscumque generis, & renunciacione censetur esse specialis, & comprehensa sub d. l. fin. Cod. de pact. ex communi regula, quod generi per speciem derogatur, quam late expendit in his terminis Altograd. cons. 42. n. 20. & segg. lib. 2. quia quidquid dicendum foret ubi expressio fuit individua videlicet hereditatis Patris, Matris &c. propriis nominibus designatorum, vel quatenus etiam generalis contineret fo. lummodo bona Personarum certi gradus, puta Ascendentium simpliciter in quibus terminis loquitur Altogr. Torr. de pact. fut. success. lib. 2. cap. 3. n. 77. & 83.

Secus utique dicendum est, quando ut in præfenti casu non individuatur Personæ non una solum, sed multiplex expressa est species hereditatum, scilicet Ascendentium maternarum quarumcumque, & quidem post generalia verba ibi, omnem, & quancumque hereditatem, & successionem paternam, maternam, Patruorum, amitarum: tunc enim species non derogat generalitati, cum potius censetur adiecta gratia majoris donationis, Urcol. cons. ult. 98. sub n. 59. & bene persequitur Torr. de pact. fut. success. d. cap. 3. n. 70. & seg. lib. 2. Rot. coram Buratt. dec. 336. n. 3. cum aliis in Bononiens. Trebellianicæ, & Melioramentorum 15. Martii 1689. §. fin. coram me.

Comprobatur ex prædictis potestate Comitissæ facilius demonstrata fuit illius voluntas, quæ eruitur ex Instrumento superius relato. Parum relevante, quod ignorasset disposita in Testamento, tunc adhuc clauio, & sigillato, proindeque noluerit legato renunciare cum voluntas non feratur ad incognitum ex Bart. in l. qui Bonas. 2. duos fratres ff. de verb. obligat. quoniam præfensa ignorantia nedum excluditur ex ipsa consanguinitate legatarie alioquin dilectissimæ, & confidentissimæ Testatricis, ut in specie tradunt Mart. cons. 193. n. 26. Gratian. discept. 56. n. 41. Staiban Jun. res. for. c. 25. n. 2. sed remouetur penitus ex amplitudine renunciacionis supra deductæ, qua legati scientia in individuo non requiritur cum satis fuisse in genere cogitatum de bonis, & Juribus ex aliquibus Testamento renunciacionis obventuris dicit. cons. 39. n. 25. Altograd. cons. 66. sub n. 26. lib. 1. Conciol. allegat. 31. n. 48. & 50. Rot. dec. 714. n. 3. & 7. part. 2. recent. & fuit dictum in Anconitana, seu Senogallien. Primogenituræ 22. Martii 1683. coram bo. me. Albergo confirmata 18. Junii 1685.

Nec magis afficit, quod renunciatio Jurium de futuro qualis est controversa intelligi debet de futuris Juribus provenientibus ex causa de præterito, aut de præfenti, non autem ex causa omnino de futuro ex qua provenire dicebatur legatum controversum veniente Testatore, cum Testamento censetur factum in die illius obitus de quo solum tempore incipit locum habere, Capic. Latr. dec. 23. n. 15. Rot. dec. 104. n. 7. & 8. quest. 7. rec.

Nam præterquam quod spes illa insurgens ex Testamento jam facto quantumvis revocabili sufficit, ut legatum non dicatur ex causa omnino de futuro, sed aliquoties de præterito, Gallerat. de renunciat. cent. prima cap. 25. n. 18. vers. neque refert Torr. de pact. fut. success. lib. 2. cap. 2. ex n. 8. contextus ipse Instrumenti prorsus difficultatem solvit, quia specificè renunciacionis fuerunt omnia, & singula Jura vigore fideicommissi per ultimam voluntatem cujusvis generis, & speciei, & quorum conditio eveniret, & quæ in futurum undecumque, & quomodocumque competere vel evenire possunt: appellatione autem fideicommissi venit, & legatum juxta Text. in l. 1. ff. de legat. primo, quod cum de tempore renunciacionis fuisset jam factum, & quod revocari posset, ejusque conditio nondum evenisset adhuc ad limites verborum sub ipsa renunciacione remanens, comprehenditur, ut sensui patet, quod fortius procedit attendita clausula iterato in Instrumento expressa - *nihil penitus exceptio, sed exclusio* - quæ perneceffe includit Jus futurum ex causa etiam de futuro, alias enim aliquid excipe-

exciperetur, sed excluderetur, ut signanter advertit Gratian. *discept.* 346. sub num. 15.

18 Denique nihil urget inverisimilitudo, quod Comitissa renunciare velle legato scit. 2500. pro sola dote in scut. 3000. à Renunciataris constituta; quia cum legatum revocationi subjiceret nullum exinde considerari valet præjudicium, vel læsio, quæ Comitissam retrahere posset à renunciando ad text. in l. de fideicommiss. Cod. de Transact. ubi Doctus communiter Altograd. Jun. contr. 3. nu. 41. tom. 1. Rot. dec. 161. nu. 10. & 11. qu. 10. recent. quinimo cum sufficienter dotata fuerit, & quidem supra vires hereditarias Ascendentium, sanè urget potius verisimilitudo in contrarium, ut benè in proposito firmavit Rot. dec. 147. ex nu. 6. & dec. 272. num. 8. & 9. p. 13. recent. & eorum Priol. dec. 164. num. 9. & 10.

Et ita Partibus hinc inde auditis, & omnibus Dominis suffragantibus decum fuit.

R. P. D. URSINO.

Auximiana Immissio.

Ven. 11. Maii 1699.

A R G U M E N T U M.

Auximantes in Civitate quæ Vetusissima vocatur vetera summopere respicientes, nova verò abhorrente novam Iustinianum functionem in auct. Defuncto Cod. ad Tertull. derogarunt, & veteres leges in l. fortem §. fin. autem C. de bon. quæ liber. renovarunt demandantes quod bona quæ ex stipite Paterno sunt ad ejus principium revertantur excludentes Matrem defuncti qui absque Prole migravit, illam verò admittentes in bonis quæ ex linea materna obveniant; In hac autem decisione traditur quod hoc statum sit rationabile non odiosum, ita ut nulla indigeat specifica confirmatione quodque ad excludendum Matrem non exigatur copulativus concursus bonorum in hereditate Defuncti scilicet ex latere Matris, & Patris.

S U M M A R I U M.

- 1 Statutum Auximi lib. 3. rub. 15. disponit quod si quis intestatus sine legitima Prole decedat Mater succedat in bonis quæ ad Defunctum ex materna linea proveniunt, in aliis vero Consanguineis ex latere Paterno.
- 2 Sub nomine Consanguineorum venit etiam femina.
- 3 In casu prædicti status non exigitur existentia in defuncti hereditate utriusque qualitatis bonorum, ut Mater remaneat exclusa à successione bonorum, quæ obveniant Defuncto ex stipite Patris.
- 4 Nec concursus utriusque qualitatis bonorum potuit esse ratio motiva ejusdem statuti & nu. 5.
- 5 Ratio præfati statuti nec fuit conservatio agnationis, ita ut femine comprehendantur, cum tantummodo voluerit bonorum reversionem ad suum principium juxta antiquarum legum dispositionem.
- 6 Statutum quod non prospectit agnationem æquè comprehendere dicitur masculos, & feminas.
- 7 Statutum Auximi demandat quod masculum concipiat femininum, & verba communia utrique sexui conveniant.
- 8 Mater in hereditate filii quod bona quæ obveniant ex latere Patris ex statuto Auximano reputatur extranea, & ideo in illis eam vincit Amica.
- 9 Statutum quod Matrem in bonis ex latere Patris filio obventis excludit est rationabile nec odiosum reputatur.
- 10 Nec indiget specifica confirmatione.

D E C I S I O XXXIV.

Postquam Victori pro confectione legati dotalis scripti in Testamento Paterno immissionem obtinuerat coram A. C. ad bona illius hereditaria detenta à Bernardina, ac in gradu appellationis consimilem favorem resolutionem coram me editam sub die 28. Aprilis 1686. fatis cessit post fereclis Donataris univer-

salibus cum amplissimis clausulis constituti Octaviano de Moticonis, aliique liti Confortibus, qui inherendo experimento Jurum ab eorum Audrice instructo, causam hanc per decennium sopitam excitant, ac prævio folito dubio, An sit standum, vel recedendum, confirmationem jam capte resolutionis obtineant.

Jus quidem Victoriæ pro adipiscendo legato Paterno clare fulgebat ex littera Testamenti nullam difficultatem involvente: & illius exercitum non remansit impedimentum à donatione facta à Victoria favore Lucie pronepotis: quia cum ista ab intestato decesserit nullis relictis filiis, in his bonis provenientibus à latere Paterno successio debetur Amicæ etiam in exclusionem Bernardinæ: matris ita jubente Statuto Auximano in lib. 3. rub. 15. per hæc præfata verba contradistinguentem bona à stipite Paterno derivantia ab illis ex linea materna obventis, ibi. Quod si aliquis, vel alia persona moriatur ab intestato sine legitima descendendum prole Patre, vel consanguineis ex parte Patris supersitibus mater defuncti succedat in his quæ ad defunctum ex materna linea proveniunt, ab aliis autem excludatur. Ideoque cum in themate circa controversiam concurrat utrumque extremum successio nempe intestate, & provenientis bonorum à linea Paterna, Mater remanet litteraliter exclusa, & fit locus successioni Amicæ, uti comprehensæ sub nomine consanguineorum ex latere Paterno ad sancta in §. Tertio gradu Instit. de grad. cognat. Scader. in Lexic. verb. Amica, & dixit Rota dec. 349. sub nu. 19. part. 6. rec. & supponitur per Constantia in prima Cause decisione §. Nec obstat concursus Bernardinæ.

Ad declinandam autem statuti efficaciam minimè relevabat illud requirere concursum utriusque qualitatis bonorum ex latere nempe Paterno, & materno ad hoc, ut Matre in postremis integrè succedente à prioribus arceatur. Sicque tali concursu sublati in Patrimonio Lucie unice in bonis Paternis consistente intrare nequeat Censura Statuti, Nam talis concursus nullibi volens legitur à Statuto, dum in eo per distinctionem, & præfata orationem disponitur de bonis Paternis, & maternis abque exigentia concursus amborum, ut littera clare demonstrat, & dum posthabitis qualibet dictione in bonis à latere materno originem fumentibus, admittitur sola Mater, exclusis Consanguineis ex parte Patris, ita in Paternis Consanguineos tantum succedere disponitur, ut occurrente obiecto respondit Bald. conf. 104. per tot. lib. 2.

Nec ratio motiva statuti talem concursum desiderare valet: Quia aut statuentes voluerunt tantum, abrogata novissima Constitutione Senatus Consulti Officiali, & Anteb. defuncto C. ad Tertullianum. innovare antiquam functionem abrogatæ l. quod sortis §. fin. autem C. de bon. quæ liber. juxta ea, quæ luculenter ad materiam ornatam examinat Rota in magistralibus decisionibus Merlin. 126. & 218. & non est opus concursu utriusque speciei, cum in qualibet illarum dispositio de per se distinctim verificetur ex ea satis clara ratione, quod exoptatus finis reintegrandi bona ad statum originarium, ac illa debere Consanguineis ex eo latere unde principium traxerunt non requirit simultaneam bonorum existentiam, sed ratio reverſiva etiam in unoquoque contemplatur; ut in præfatis terminis consimilibus statuti dixit Rota coram Gregor. dec. 293. nu. 2. & per tot. ut circa Statutum Montis Pilotran per identica verba disponen. cum Auximano sentit Rot. dec. 417. in fin. part. 1. recent.

Aut statuentes voluerunt prospicere agnationi rigorosæ, ac Matrem uti feminam arceare à successione bonorum ex latere Paterno in concursu Consanguineorum, & neque in hoc casu requirebatur ad intentum simultaneus concursus bonorum, cum ille in nihilo favorem agnationis adaugeat, nec aptus sit eam conservare, ut patet ad sensum.

Ex præmissis autem consequitur in consimilibus statutorum dispositionibus diversas posse considerari rationes motivas statuentium, nec talia statuta pernecece præferre strictum favorem agnationis, cum possint etiam moveri à solo principio remittendi bona ad suum principium, & ad proximiores ejus lateris, à quo derivant: Quamobrem cum Statutum Auximianum nullam explicatam rationem designet, nec in agnationem vim faciat nequit canonizari pro agnatione ad effectum, ut Mater excludatur solum a personis agnationem conservantibus, non verò ab Amica, quæ uti femina dicitur finis Agnationis: Quoniam,

S U M M A R I U M.

- 1 Renunciatio facta per filiam occasione ingressus in Religionem dicitur personalis si sit stipulatio simpliciter favore Patris illius contemplatione.
- 2 Adeo per prædecessum Patris renunciatio revolvatur.
- 3 Et si ad sit clausula præfati cæterata filia sit non in periodo renunciationis sed in alio quietationis dotis.
- 4 Clausula præfati cæterata est apta in renunciatione comprehendere heredes.
- 5 Declara si illa vol reperitur in parte dispositiva vel saltem ad alios Instrumenti partibus desummi possit.
- 6 Renunciatio facta ex causa ingressus in Religionem cum verbis amplius dicitur realis non personalis.
- 7 Hæc traditio admittitur vel quoties dabitur emergit super illorum comprehensione, secus si clarissimè patet renunciationem fuisse restrictam ad certam Personam.
- 8 Statutum exclusivum feminarum Personarum ecclesiasticarum non comprehendit si illarum expressam mentionem non faciat.

D E C I S I O XXXV.

Instituta hodie Disputatione super Viribus resolutionis coram me capte die 4. Julii anni præteriti, in qua decreta sunt Immissio Monasterio Sancti Laurentii Terræ Amandulæ Agenti ex persona Veronicæ Sororis Prolessæ super una ex quinque partibus hereditatis Marini Contucci illius fratris sine filiis, & ab intestato defuncti, Domini fecerunt in Decisio.

Neque ad retardandam expetitam Immissionem quidquam suffragabat amplissima renunciatio solemnitè per Veronicam emissam omnibus successionebus, & signanter hereditatibus fraternalis, quæ uti realis, & abdicativa semper renuncianti præjudicat, quoniam quidquid sit, an attento tenore, & prægnantia verborum in eadem renunciatione comprehendatur hereditas Marini defunctæ, & causa habens de futuro, placuit DD. responso, quod cum talis renunciatio legatur facta Marocco Patri, & illius contemplatione duntaxat inde sequitur, quod non sit merè realis & abdicativa semper dicitur personalis, & temporaliter duratura, ut in fortioribus terminis firmavit Rot. dec. 300. n. 5. p. 14. & dec. 23. num. 4. p. 15. & dec. 113. n. 9. part. 18. recent. Unde prædecessor eodem Marocco Patre Renunciatorio, Monialis restituta fuit Juribus succedendi in bonis fraternalis postea delatis, perinde ac si non fuisset eadem facta renunciatio, quemadmodum in terminis renunciationis Monialis, & ad excludendam illius realitatem, & abdicativam dimissionem respondit Rot. dec. 17. n. 10. & 11. ac per tot. p. 19. recent. & generaliter dec. 116. n. 15. post modern. Lucen. de pact. futur. success.

Parum relevante Clausula præfati etc. in Instrumento renunciationis appolita, quæ stipulationem ad favorem hæredum præferret; & personalitatem excludit; Etenim Clausula præfata adjecta quietantia, quam Patri Veronica fecit super receptionem Dotis præmissæ, tantum abest, ut realem abdicacionem importet, quod potius contrarium justificet, quia sicuti Patres in recepta Dotis consulerunt hæredibus cum eadem clausula &c. Ita similiter fecisset, projecto in ipsa stipulatione renunciationis, si de illis cogitasset: Unde ex hoc discretivo modo loquendi facilis assumptum realis dimissionis diluitur, ut latè probat Rota in Maritima Successione 4. Februarii 1665. §. rescriptum fuit coram bon. mem. Emerix & sequentibus, & in Romana Fideicommissi de Steccatis 4. Februarii 1667. §. Verum coram Bourlemont impress. apud Mans. consult. 238. n. 62. & segg. & n. 82.

Non urgentibus in contrarium dec. 441. num. 18. coram Cerro & in Romana hereditatis de Lantovis 18. Junii 1685. coram Reverendissimo Hervault, confirmata coram me 18. Aprilis 1690. Quia in casu Decis. Cetera Clausula præfati etc. aderat etiam in parte dispositiva donationis, & licet ibi non esset cæterata; desumebatur tamen à cæteris instrumenti partibus in quibus cum hac qualitate

R

appo-

niam, ut innuimus, statum nullam mentionem facit de agnatione, nec dispositio ex sui natura agnationem rigorosè propiciat, cum apta sit verificari in solo sine reverſivo bonorum ad suum principium conformi etiam antiquiori Juris civilis sanctionibus ad laudatas dec. 293. coram Gregor. & 417. in fin. p. 1. rec.

Fortius autem prævalet hic sensus in themate, quia ex ceteris statuti partibus eruitur illud agnationi minimè propiciere, & inter cæteras efficacissima est animadversio statuti, quod coarctum admittere ad successionem Paternam filios, filiasque, & ex præmortuo filio, vel filia nepotes, five neptes; hoc autem de diametro repugnat contemplationi agnationis, quæ non patitur simultaneum concursum feminarum: Unde inconsequens inferitur statutum non esse agnativum, & in materia indifferenti successione æquè comprehendere masculos & feminas ad sensum Rotæ dec. 349. n. 30. & 31. p. 6. rec. ubi concordantes.

Et confertur argumentum ab ipsam regulam à statuentibus tradita in rubric. 57. dum expresse demandantur, quod in statuto masculinum regulariter concipiat femininum, verba communia utrique sexui conveniant, Quæ certè dispositio agnationi disconvenit, nec valet excludere Amitam à vocatione Consanguineorum ex latere Paterno, ut appositè dixit Socin. Jun. conf. 10. nu. 11. & segg. tom. 1.

Dum ergo statum agnationi non prospicit, imò potius æqualiter vult feminas, & masculos concurrere, sola abhibita distinctione, de qua supra inter bona lateris Paterni, & Materni, summo jure Amita uti consanguinea ex latere Patris in bonis ab eo provenientibus excludit Matrem, quæ in hoc casu ex mente statuti reputatur extranea, ut adnotat Aftolin. resol. 13. n. 14.

Admissa autem vocatione Amicæ in concursu Matris, & exclusio filie rigorosæ agnationis, non refestabat statum taliter conceptum uti de diametro resistens dispositioni Juris civilis admittentis Matrem ad lucuosam filie hereditatem dici inipsum, ac irrationabile, ideoque valere non posse, nisi sit in forma specifica confirmatum. Quoniam omisso, tale statum uniformari cum veteribus sanctionibus, de quibus in l. fortis §. fin. autem C. de bon. quæ liber. adhuc in nudis terminis Authent. defuncto C. ad Senat. Consul. Tertul. non dicitur continere odium irrationabile dum principaliter non considerat exclusionem Matris, in cuius premium illi integram desert successione in bonis ab illius latere provenientibus, sed tantum conservationem bonorum in eo latere unde processerunt, quæ cum aliquoties saltem latè propiciat favorem familie reddit statum justum, & probatum in genere suo, vel generibus singulorum, licet in aliquo singulari exorbitans dispositio contineretur, ut per consimilia verba obiecto occurrit Mart. de success. legal. p. 2. q. 4. art. 4. n. 17. 18. & segg. & concordant originaliter Bald. in l. 1. §. jus naturale in fin. ff. de just. & Jur. Alex. conf. 3. n. 8. lib. 1. & Paris. conf. 20. n. 5. conf. 22. n. 1. & conf. 23. n. 2. Propterea quod dum statum respiciat commodum familie, & probato motivo innitatur non eget confirmatione specifica, ut dixit Rota dec. 342. n. 8. p. 12. rec. & coram Duran. dec. 36. n. 42. Et ita utraque, &c.

R. P. D. URSINO DECANO.

Firmana Successionis.

Lunæ 1. Junii 1697.

A R G U M E N T U M.

Renunciatio facta Patri & illius contemplatione dicitur Personalis ita ut si prædecedat Pater renunciatio revolvatur. Effet renunciatio realis si adesset clausula præfati cæterata dummodo illa contineretur in parte dispositiva renunciationis. Renunciatio facta causa ingressus in Religionem præferret realitatem quando tamen adesset tacita stipulatio pro hæredibus vel quoties dubium emergit super illorum comprehensione secus è contra.

Decisio. ad Theatr. de Luca Vol. II.

apposita allegabatur, & in consimilibus terminis imò longè debilius loquuntur Decisiones in Romana hereditatis de Lanuvis, in quarum casu in parte dispositiva aderat expressa stipulatio una cum Clausula ceterata *Præsentibus* &c. ut deprehenditur ex Decisione coram me edita *§. Postea autem, verus finem*; Ideoque Theoricæ in eis firmatæ applicabiles minime sunt præsentis hypothese, in qua in parte dispositiva renunciationis, non tantum deest ceteratio, sed ipsa Clausula *Præsentibus* &c.

Nec renunciationis effectum ampliari potest, vel Causa ingressus in Religionem, vel titulus, aut verba ampla, quibus concepta fuit, ex quibus omnibus pro reali, & abdicativa considerari debeant; Quia hæc omnia spectabilia sunt, vel quando adest tacita stipulatio pro hæredibus, vel quoties dubium emergit super illorum comprehensione, sed quoties clarissime, prout hic, renuntiatio fuit ad personam Patris restricta, verba effrenata, titulus amplius, & quæcumque similia restringuntur ad favorem personæ contemplatæ, nec tollunt personalitatem expressæ contrahentem volitam, ut respondendo objecto in puncto Donat. Anton. de Marin. *resol. Jur. lib. 2. cap. 189. per tot. & Rota decis. 258. num. 16. vers. hoc denique num. 14. & decis. 113. n. 9. part. 18. recent.*

Minusque ad intentum exclusionis Monasterii obstat, possunt Statutum Terræ Amandulæ *lib. 2. rub. 20. ac alterum Urbis nostræ Cap. 146. exclusio*. Femininarum propter hæc Maleculos, quia præter responsiones univocæ singulariter datas in præcedenti Decisione, neurum Statutum sibi locum cum vindicare posse visum fuit in præjudicium Monasterii, illud enim tanquam Ecclesiasticum non subiacet alicui li Dispositioni Statuti Amandulæ, & ex defectu voluntatis non comprehenditur sub altero Urbis, cum de Clericis non loquatur neque illorum explicitam mentionem faciat, prout opus esset, ut ad Clericos, ceterosque exemptos in municipalis dispositio extenderetur, sicuti ultra recensitos in priori Decisione *§. Nec ad arcendum, & §. Sequenti* bus, dixit Rota in Romana, *seu Firmæ Successoris 28. Jan. Februarii 1695. §. neque allegari coram R. P. D. meo Mon. lites, confirmata 8. Januarii 1695. §. Ita pariter coram R. P. D. meo Priolo.*

Arque ita prætermisissis oppositionibus concernentibus quantitatem, & qualitatem Bonorum, quæ Marinus acquisivit tanquam extra dubium immisionis in genere resolutum.

Utraque &c.

Finis Decisionum Libri XI.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES

RECENTISSIMÆ,

DECISIVOS DISCURSUS

CARDINALIS DE LUCA

In præstantissimo ipsius

THEATRO VERITATIS ET JUSTITIÆ

Amplēctentes, confirmantes, laudantes, &c.

SUPER MATERIA

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS, CANONICIS, PAROCHO ET PAROCHIIS, LIBER XII.